

si hic accipitur pro agnitione: vere enim non agnouit eam ante quod fuerat dignitatis, & postquam peperit, tunc cognouit eam, quia speciosior & dignior facta fuerat...

Ibidem.

scibat eam, donec peperit filium suum primogenitum, & vocauit nomen eius Iesum.

est facies, ut non possent intendere in eum filii Israel, quoniam magis Maria agnosci vel intueri non poterat, quem dominum potentia videri habebat...

CAPITULUM II

VG. in Ser. de Epi. Post miraculum virginis partus, quo vterus diuino numine plenus, saluo pudoris signo Deum hominemque profudit...

Lib. 2. ca. 2.

Lib. 3. satis longe

Hom. 6. circa medium

In cap. Daniel.

Iesicis accipit, qui aliter tamen habentur apud gentes suas, eo quod sint philosophi caldeo, & ad huius artis scientia reges quosque principes eiusdem gentis omnia sapient, & ipsi primum ortum domini intellexerunt...

CAPITULUM II. Vm natus esset Iesus in Bethleem Iudae, in diebus Herodis

pastorum, & impietas in sacrilegijs Magorum, vtroque sibi lapis ille angularis attribuit, quippe qui veniens ista eligere vt confunderet sapientes, & non vocare iustos, sed peccatores, vt nullus magnus superbiat, nullus infirmus desperaret...

VG. in Ser. de Epi. Post miraculum virginis partus, quo vterus diuino numine plenus, saluo pudoris signo Deum hominemque profudit, inter obscuras cubiculae larebras & praesepis angustias, in quibus infinita maestas membris contractioribus stabulabat...

VG. in Ser. de Epi. Post miraculum virginis partus, quo vterus diuino numine plenus, saluo pudoris signo Deum hominemque profudit, inter obscuras cubiculae larebras & praesepis angustias, in quibus infinita maestas membris contractioribus stabulabat...

VG. in Ser. de Epi. Post miraculum virginis partus, quo vterus diuino numine plenus, saluo pudoris signo Deum hominemque profudit, inter obscuras cubiculae larebras & praesepis angustias, in quibus infinita maestas membris contractioribus stabulabat...

Lib. 5. ca. 1.

Ser. 2. qui de temp. 30

Lib. 6. philo sophiz. c. 1.

Lib. 5. ca. 6.

Lib. eo. c. 1.

Lib. eo. c. 8.

Lib. eo. c. 1.

Lib. eo. c. 9.

Lib. 2. ca. 5.

Ex ser. 7.

Aug. ser. de Epiph.

Lib. 2. c. 1.

Et secundum Faustum hic stella inducitur, quae confirmat Genesim, ut recte genesium hoc magis nuncupari possit quam euangelium GRE. in Hom. Sed abste fidelium cordibus, ut esse quid fatum dicant...

regis, ecce Magi ab Oriente venerunt hierosolymam dicentes Vbi est qui natus est, rex Iudeo-

repellendi sunt, qui qualicumque deorum volunt esse cultores. Aliqui vero stellas, hanc putant habere potestatem traditam sibi a summa Dei potestate, qui magnum celo faciunt inuicem, in cuius velut splendidissima curia opinantur scelera facienda decernere, fuerant terrena decreuissent, genere humano decernerent, fuerant terrena...

Lib. 6. philo sophiz. c. 1.

Lib. 5. ca. 6.

Lib. eo. c. 1.

Lib. eo. c. 8.

Lib. eo. c. 1.

Lib. eo. c. 9.

Lib. 2. ca. 5.

Ex ser. 7.

Aug. ser. de Epiph.

Lib. 2. c. 1.

illa exiit, quia Christus natus est, vnde si dici oporteret, non stella Christo, sed Christum stellae facti iussu diceremus, ipse quippe illi non illa huic nascendi attulit causam: CHR. Y. in Ho. Non est hoc etiam astronomiae opus a stellis scire eos qui nascuntur, sed ab horarum naturae futura praedicere, hi autem ipsi naturae non cognouerunt, vt hinc sume...

rum? Vidimus enim stellae eius in Oriente, & uenimus adorare eum.

propria, quia haec creauit ad ostensionem sui. AVG. in ser. de Epi. Pastores angeli, Magis stella Christum demonstrat, vt si quis loquatur lingua caelorum, quia lingua cessauerat prophetarum: Caelos angeli habitant, & sidera exornant, vt si quis ergo egi enarrat gloriam Dei. GRE. Et rationabiliter Iudaei, tanquam ratione vrentes, non rationales animal. si angelus praedicare debuit, gentes vero quae ratione vti nesciebant, ad cognoscendum dnm non per uocem, sed per signa perducatur, quia & illis prophetiae tanquam fidelibus, & illis signa tanquam infidelibus data sunt. Eisdem autem gentibus Christum, cum perfectae esse etatis Apostoli praedicar, eumque paruum & necdum per humanioris officium loquentem stellae gentibus denuntiar, quia nimirum rationis ordo postebat, vt loquentem iam dnm, loquentes nobis praedicatores, & necdum loquentem eleme...

Lib. 6. philo sophiz. c. 1.

Lib. 5. ca. 6.

Lib. eo. c. 1.

Lib. eo. c. 8.

Lib. eo. c. 1.

Lib. eo. c. 9.

Lib. 2. ca. 5.

Ex ser. 7.

Aug. ser. de Epiph.

Lib. 2. c. 1.



in salem regnabat Herodes: numquid non intelligebant, quia qui- cumque rege uiuente, alterum regem pronunciat, aut adorat, puni- tur in sanguine: Sed dum considerabant regem futurum, non timebant presentem, adhuc non uiderant Christum, & iam parati erant mori pro eo. O beati magi, qui ante conspectum crudelissi- mi regis, priusquam Christum cognosce- re, Christi facti sunt confessores. ¶ b AVG. in ser. de Epiph. Sicut magi desiderant redemptorem, ita Herodes timet successorem, unde dequitur. ¶ Audiens autem Herodes rex turbatus est. ¶ GLO. Rex dicitur ut ex col- latione eius qui quaeritur, hic intelligatur extraneus. CHR Y. super Matth. Et ideo turbatur audiens regem natum Iudaeis ex ge- nere Iudaeorum, cum esset ipse genere Idumeus, ne regno reuo- luto iterum ad Iudaeos, ipse a Iudaeis expelleretur, & semen eius post ipsum praecideretur a regno, semper enim grandis potestas maiori timori subiecta est. Sicut enim rami arborum in excello posituram, etiam si leuis aura flauerit mouentur, sic & sublimis ho- mines etiam leuis nuntia conturbat, humiles autem sicut in conuallibus plerumque in tranquillitate consistunt. AVG. in serm. de Epiph. Quid autem erit tribunal iudicantis, quando superbos reges tunc faciebat natiuitas infantis: Pertimeant regem ad pa- tris dextram iam sedentem, quem rex impius timuit adhuc ma- tris uera lambentem. LEO Papa in ser. de Epiph. Superfluo tamen Herodes timore turbatus, non capit Christum regio tua, nec mundi dominus potestatis tue cepit esse contentus angustis. Quem in Iudaea regnare non uis, ubique regnat. GLO. Vel non solum propter se timuit, sed propter iram Romanorum: decreuerat enim Romani, nequis rex uel Deus, sine eorum consilio diceretur. GREG. in Hom. Celi autem rege nato, rex terre turba- tus est, quia nimirum terrena altitudo confunditur, cum celsitudo caelestis aperitur. LEO Papa in serm. de Epiph. Herodes etiam diaboli personam gerit, cuius tunc fuit inceptor, ita nunc quoque est indefessus imitator. Cruciatu enim uocatione gentium, & quo- tidiana potestatis suae destructione torquetur. CHR Y. super Matth. Vterque ergo zelo proprio turbatur, & sui regni successo- rem timebat, Herodes terrenum, diabolus autem caelestem. Ecce autem & Iudaeus populus turbatur, qui magis de auditu isto gau- dere debuerat, quia rex Iudaeus furegere dicebatur. Sed turbaban- tur, quia de aduentu iusti non poterant gaudere iniqui. Aut certe turbabantur, ne forte iratus Iudaeo regi genus eius uexaret. Vnde dequitur. ¶ Et omnis hierosolyma cum illo. ¶ GLO. Volens illi fauere quem timebat, populus enim plus iusto eis fauet, quos crue- deles sustinet. Sequitur. ¶ Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi. Vbi nota diligentiam inquirentis, ut si inueniret faciat quod postea felle uelle ostendit, autem, accusatus sit Romanis. R E M I. Scribae autem dicti sunt, non tamen ab offi- cio scribendi, sed potius ab interpretatione scripturarum, erant enim legis doctores. Sequitur. ¶ Sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. Hic attendendum est, quia non dixit ubi Christus na- tus est, sed ubi nasceretur. Callide enim interrogauit eos, ut pos- set agnoscere si de rege nato letarentur, Christum autem uocat, quia nouerat inungi regem Iudaeorum CHR Y. super Matth. Vt quid autem interrogat Herodes, qui non credebatur scripturis: aut si credebatur, quomodo sperabat posse interficere illum, quem re- gem futurum esse dicebant? Sed diabolus inligabat, qui credebatur, quod scripturae non mentiantur: sic sunt omnes peccatores, qui hoc ipsum quod credunt, perfecte credere non permittuntur, quod enim credunt, ueritatis est uirtus, quae non potest esse occulta, quod autem non credunt, execratio est inimici. Si enim perfecte crederent, sic uiverent quasi post modicum transire de hoc mundo, non quasi in aeternum mansuri. Sequitur. ¶ At illi dixerunt, In Beth- leem Iudae. LEO Papa in ser. de Epiph. Magi quidem humano sensu significatum sibi regis ortum existimauerunt in ciuitate re- gia esse quaerendum, sed quierunt sicut eperat formam, & non iudicare uenerat, sed iudicari, Bethleem prelegit natiuitati, Hieroso- lymam passioni. T H E O. Si enim maximam Romam elegerit ciuitatem, potentia ciuium mutationem orbis terrarum factam putarent, si filius fuisset Imperatoris, potestati uilitatem ascribe- rent. Sed quid fecit? omnia egea & uilia elegit, ut diuinitas cog- nosceretur orbem transformasse terrarum, propterea pauperu- lam elegit matrem, pauperiorem patriam, egenus sit pecuniis, & hoc tibi exponit praesep. G R E G. in Hom. Bene etiam in Bethleem nascitur, Bethleem quippe domus panis interpretatur. Ipse namque est qui ait. Ego sum panis uiuus, qui de calo descendi. ¶ CHR Y. super Mattha. Cum autem debuissent calare myste-

Serm. 2.

Serm. 4.

Vbi supra.

Serm. 6.

Serm. 1.

In ser. conc. Ephesini.

Hom. 10.

rium regis praesentia a Deo, maximam conspectu alienigenae re- gis, facti sunt non praedicatorum operum Dei, sed proditorum my- steriorum eius, & non solum manifestatur mysterium, sed etiam propheticum protulerunt exemplum. Vnde subiungunt. ¶ Sic enim scriptum est per prophetam. ¶ Sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, In Bethleem Iudae. Sic enim scriptum est per pro- phetam. Et tu Bethleem terra Iudae, nequaquam minima es in principibus Iudae. Ex te. n. exiet dux, qui regat populum meum Israel. ¶ GLO. Hoc sic po- nit, ut ab eis dicitur est, qui cum non uer- ba, ueritatem sensus quodammodo po- nunt. ¶ T H E O. Vnde hic reprehenditur Iudaei de igno- rantia, quoniam pro- pheta dicit, Tu Bethleem effrata, illi dixerunt. Tu Bethleem rex ra Iudae. CHR Y. super Mattha. Sed adhuc ipsam propheta- m praecedentes interficiendum paruulorum facti sunt causa, sic enim scriptum erat. Ex te exiet rex, qui pacet populum meum Israel, & dies eius a diebus saeculi. Si ergo integram prophetiam protulissent, considerans Herodes, qui non erat rex terrenus, cu- ius dies a diebus saeculi erant, in tantum furorem non exarsisset. H I E R O. super Mattha. Est autem sensus prophetae talis. Tu Bethleem terra Iudae, uel effrata (quod uicium dicitur, quia est alia Bethleem in Galgalis terra) quamuis paruus uicium tuus inter milia ci- uitatum Iudae, tamen ex te nascetur Christus, qui erit dominator Israel, qui secundum carnem de Dauid est, & me tamen natus est ante saecula, & ideo dicitur. Egressus eius ab initio a diebus saeculi tatis, quia in principio uerbum erat apud Deum. Sed hoc ulti- mum, ut dicitur est, Iudaei tacuerunt, alia uero mutauerunt, uel propter ignorantiam ut dicitur est, uel ad maiorem manifestationem, ut Herodi alienigenae intellectum prophetiae aperiret, unde pro eo quod propheta dixit. Effrata, quod erat nomen antiquum & forte Herodi ignotum, dixerunt, terra Iudae. Pro eo autem quod propheta dixerat. Minima es in milibus Iudae, uolens offen- dere paritatem eius quantum ad populi multitudinem, dixe- runt. Nequaquam minima es in principibus Iudae, uolentes offen- dere magnitudinem dignitatis, prominentem ex dignitate prin- cipis nascitur, quasi dicerent. Magna es inter ciuitates ex quibus principes prodierunt, R E M I. Vell talis est sensus, quamuis mi- nima uidearis inter urbes principatum habentes, tamen non es minima, & quia ex te exiet dux, qui regat populum meum Israel, dux autem iste Christus est, qui populum fidelium regit & gubernat. CHR Y. in Hom. Intende autem certitudinem prophetae, non enim dixit, quod in Bethleem erit, sed quod de Bethleem exiet, ostendens quod ibi solum nasceretur. Quomo- do autem habet rationem de Zorobabel, hac dicta esse, ut quidam dicunt, non enim exieit eius sicut principio ex diebus saeculi. Neque etiam ex Bethleem exiuit, cum non in Iudaea, sed in Ba- bylonia natus sit. Est etiam ad hoc quod dicit. Nequaquam mi- nima es, quia ex te exiet, nullus enim alius illud fecit uillam, in qua nasceretur quam Christus. Post natiuitatem enim a fini- bus orbis terrarum uenit uisum praesep. & tugurii locum, non autem dixit. Ex te exiet Iudaei, sed dux qui regat populum meum Israel, oportebat enim in principio condiscendere, ut non scandalizarentur, & quae ad salutem hominum pertinebant praed-icare ut magis inducerentur. Quod autem dicit. Qui regat po- pulum meum Israel. ¶ Israel enim hic dicit eos, qui crediderunt ex Iudaeis, si autem non omnes Christus rexit, eorum est accusa- tio. De gentibus autem intertem tacuit, ne scandalizaret Iu- daeos. Vide autem mirabilem dispensationem, Iudaei enim, & Magi simul se inuicem docent. Iudaei a Magis audiunt, quod Christum in orientis regione stella praedicebat, & Magi a Iudaeis, quod propheta antiquus eum nuntiauerunt, ut gem. nato te- stimonio confirmati, ardentiori fide expectent, quem & stelle claritas, & prophetae manifestabat autoritas. A V G V S T I. in sermo. de Epiph. Poterat enim stella quae Magos perduxit ad locum, ubi erat cum matre uirgine Deus infans, ad ipsam eos per- ducere ciuitatem, sed tamen subtraxit se, nec eis prorsus appa- ruit, donec de ciuitate in qua Christus nasceretur, & ipsi Iu- daei dicerent. ¶ In Bethleem Iudae. ¶ Similes facti fabris archae Noe, qui aliis ubi euaderent praesertiterunt, & ipsi diluuiio perierunt, similes lapidibus a militibus uiam ostenderunt, nec ipsi ambu- lare potuerunt. Audierunt, & abierunt, inquisitores dixerunt, & remanserunt doctores. Nunc quoque Iudaei simile aliquid nobis exhibere non desinunt, nonnulli enim paganorum, quan- do eis de scripturis testimonia clara proferimus, ut nouerunt Christum ante prophetarum, suspecti ne forte a Christianis ista conficta sint, malunt credere codicibus Iudaeorum, & sicut tunc magi fecerant, Iudaeos dimittunt inaniter lectitare, ipsi pergent fidei iter adorare. ¶ CHR Y.

Hom. 7.

Serm. 2.

Serm. 6.

CHR Y.

CHR Y. super Matth. Postquam audiuit Herodes rsum duplici modo credibile, primum quia a sacerdotibus fuerat dictu, deinde quia quodam propheta fuerat conprobatum: non tri ad deuotionem flectitur nascitur, regis: sed ad malitiam interfectio- nis eius per doluit. vidit. n. quia non poterat magos nec blandime- tis flectere: nec minis terrere, nec auro cor- rumpere, ut consenti- rent in interfectione regis futuri: ideo il- los de se cogita- uit. vnde dicit. ¶ Tunc Her. cl. uoca. Magis. ¶ Occulte autem uoca- uit eos: ut non uide- rent Iudaei, quos ha- bebat suspectos: ne forte quasi regem sue- gentis amantes pro- dederent consilium eius. ¶ Diligenter didicit ab eis tempus stelle. ¶ R E M I. Idcirco diligen- ter quia callidus erat, & timebat ne non reuertentur ad eum, ut tunc sciret quid agerem de puero occidendo. A V G. in serm. de Epiph. Ferme autem biennio ante, uisa est stella mirantibus quid esset. Sed tunc intelligitur indicatum eis cuius esset stella, quae iam diu uidebatur quado natus est, qui per illam significatur. Sed postq. Christo nato reuelatum est Magis, uenerunt ab oriente, & 13. die adorauerunt eum, quem ante paucos dies natum fuisse didicerunt. CHR Y. in Hom. Vel ante multum tempus hac stella apparuit, quoniam multum tempus in itinere erant Magi consumpturi, ut conse- ltim cum natus esset Christo assisterent, eum in fasciis adorantes, ut mirabilior appareret. G L O. Secundum alios uero a die nati- uitatis Christi creditur stella in apparuisse, & peracto officio cu- noua effe desit esse. ait. n. ¶ Fulgentius. ¶ Puer natus noua stellam fabricauit. Cognito autem loco & tempore personam pueri uult non ignorare. vnde dicit. ¶ Ite, & interrogare diligenter de puero, il- lud praeciperat quod ab illo praeccepto erant futuri. CHR Y. in Hom. Non autem dicit. Interrogate de rege sed de puero: ei. n. etiam nomen potestatis inuiderat. CHR Y. super Matth. Ergo ut ad hoc eos induceret, deuotionem promittebat, & per eam gladium acuebat, & malitiam cordis sui humilitatis colore depingebat. Tali- sus confuturo omnium malignorum, quando aliquem in oc- culo grauius ledere uolunt, humilitatem illi, & amicitias fingit. Vnde dicit. ¶ Et cum inueneritis renuntiate mihi, ut ego ueniens adorem eum. ¶ G R E. in Hom. Adorare eum se uelle simulat, ut quasi huc si in uentre possit, exinguat. Sequitur. ¶ Qui cum audif- sent regem, abierunt. ¶ R E M I. Audierunt magi Herodem, ut quaerent dominum: sed non ut ad eum reuertentur. Significa- bantur. n. bonos auditores, qui bona quae audiunt a malis praedicatori- bus faciunt: sed tamen opera illorum non imitantur. ¶ CHR Y. super Matth. Ex hoc loco ostenditur, quia cum stella deduxisset magos prope Hierusalem abscondita est ab eis, ut reli- qui a stella cogenerentur in Hierusalem interrogare de Christo simul & manifestare, propter duo, primo ad confusionem Iudaeorum, quae gentiles stella tantummodo uisione confirmati, Christum peralie- nas provincias requirebant, & Iudaei ab infantia prophetias legen- tes de Christo, & in suis finibus natum non susceperunt, demum ut interrogati sacerdotes, unde nascitur Christus, ad praedictum suum rderent, de Bethleem: quia qui Herode docuerant de Chri- sto, ipsi ignorabant de illo: & ideo post interrogationem, & rnsio- nem habitam subditur. ¶ Et ecce stella, quam uiderant in Oriente antecedebat eos, ¶ ut considerantes obsequium stelle, regis intelli- gerent dignitatem. A V G. in ser. de Epi. Et ut Christo plenum redderet obsequium, temperauit gradum, donec magos perduce- ret ad puerum. Obsequium praebuit, non imperium adduxit. sup- plices ostendit, hospitiu radiavit amplissimum lumine, & recta nati pfi dit, sicq; discessit. vñ seq. ¶ Vsq; du ue. stare supra, ubi erat puer. ¶ CHR Y. super Matth. Quid autem mirum si sola iustitia oriu- stella ministrabat diuina? Stetit. n. supra caput pueri, quasi dicens: Hic est, ut quia loquendo monstrare non poterat, stando de monstraret. G L O. Hic autem apparet, quod stella in aere posita erat, & domui in qua puer erat multum vicina: aliter. n. domum non disceuerit. A M B R O. super Lucam: Hec autem stella uia est, & uia Christus, quia secundum incarnationis mysterium Chri- stus est stella: ipse enim est stella splendida & matutina. vnde ubi Herodes est, non uidetur. ubi autem Christus: rursum uideret & uiam monstrat. R E M I. Vel stella significat gratiam Dei, He- rodes diabolum, qui autem per peccatum se diabolo subdit: mox gratiam perdit, quod si per penitentiam recefferit, mox gratiam inuenit, quae non dimittit: donec perducatur ad domum pueri, id est ecclesiam. G L O. Vel stella est illuminatio fidei, quae ad proxi- mum ducit, quam dum diuertunt ad Iudaeos: magi amittunt, quia

In Hom. de Epiph.

Hom. 7.

Cap. 2.

dum a malis consilium quaerunt, ueram illuminationem perdit. ¶ G L O. Postquam praemisit stella obsequium: subiungit euangelista magorum gaudium dicens: ¶ Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno ualde. R E M I. Et sciendum, quod non satis fuit dicere euangelista. Gauisi sunt. sed addidit: Gaudio magno, & ualde. CHR Y. sup. Mat. Gauisi ergo sunt, quae spes eorum non erat decepta: sed amplius confirmata, quod tan- ti iuneris non sine causa susceperunt la- borem. G L O. Gau- dio gaudet, qui pro- pter Deum gaudet, qui est uerum gau- dium. Addidit autem & magno: quia de ma- gno gaudebant. CHR Y. Per mysterium enim stella intelligebant, quoniam di- gnitas tunc nati regis excedebat mensuram omnium mundalium re- gum: addidit etiam ualde. R E M I. Quia uoluit ostendere, quod magis gaudent homines de rebus perditis quam semper possessis. Subditur autem: ¶ Et intrantes domum inuenerunt puerum. ¶ L E O Papa in sermo. de Epiph. Quantitate paruorum, aliene opis indigu, fandi impotentem, & in nullo ab humane infantia gene- ralitate discretum, quia sicut fidelia erant testimonia, quae in eo maifestam inuisibilis diuinitatis ostenderent: ita probatissimum debebat esse, sempiternam illam essentiam filij Dei, ueram susce- pisse hominis naturam. ¶ Cum Maria matre eius. ¶ CHR Y. super Matth. Non diademate coronata, aur in lecto aureo re- cumbente: sed uix tunicam habentem uiam, non ad ornamentum corporis, sed ad tegumentum nuditatis qualem habere potuit carpentarij vxor peregre constituta. Si ergo regem terrenum quaerentes uenissent, magis fuissent confusi quam gauisi, quia tan- ti itineris laborem, sine causa susceperunt. Nunc autem quia cae- lestem regem quaerebant. & si nihil regale uidebant: in eo tamen solius stelle testimonio contenti, gaudebant oculi eorum contem- ptibilem puerum aspiciere, quia spiritus in corde eorum terribi- lem eum monstrabat, & uide praedictes adorauerunt eum. ¶ vident enim hominem, & agnoscunt Deum. R A B A. Diui- no autem nutu factum est, quod abierat Ioseph, ne aliqua male suspitionis occasio daretur gentibus. G L O. Qui licet morem suae gentis in donis offerendis sequatur, Arabes enim auro, thure & diuersis generibus aromatum abundant, tamen aliquid myste- rij muneribus demonstrare uolebant. vnde sequitur. ¶ Apertis the- sauris suis obulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. ¶ G R E. Aurum quippe regi congruit: thus uero in Dei sacrifi- cium ponebatur: myrrha autem mortuorum corpora conduntur. A V G. in serm. de Epi. Aurum igitur soluitur quasi regi magno, thus immolatur ut Deo, myrrha praebetur quasi pro salu- te omnium morturo. CHR Y. Hec autem & si tunc non in- telligebantur, secundum quasi mysterium ista gerebant, uel quid significaret uinum quodq; munitus, eorum nihil contrarium est. Gra- tia. n. que illos hac omnia facere hortabatur, ipsa ordinauerat uni- uersa. R E M I. Et sciendum, quod isti non singuli singula obtu- lerunt: sed singuli tria, & singuli cum suis muneribus, regem Deu & hominem praedicaerunt. CHR Y. in Hom. Erubescant ergo Marcion & Paulus samofetanus, qui nolunt uideri, quae magi uide- runt ecclesiae progenitores, Deum in carne adorantes. Nam quod in carne uera sit, panni monstrant & praesep. quoniam au- tem non ut purum hominem adorant, sed ut Deum, demonstrant dona, quae Deo offerre decens erat. Confundantur & Iudaei uiden- tes se praeventos a Magis, & neque post illos uenire studentes. G R E G O. Potest & in his aliud intelligi. Auro namque sa- pientia designatur, Salomone teste, qui ait: Theaurus desiderabilis requisicit in ore sapientis. Thure quod Deo incenditur, uirtus orationis exprimitur, secundum illud. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Per myrrham uero carnis mortificatio figuratur. Nato ergo regi aurum offerimus, si in con- spectu eius sapientiae lumine splendemus. Thus offerimus, si per orationum studia Deo redolere ualeamus. Myrrham offerimus, si carnis uita per abstinentiam mortificamus. G L O. Tres autem uiri qui offerunt, significant gentes de tribus partibus mundi ueni- entes. Theaurus aperit dum fidem cordis per confessio- nem ostendunt. Bene autem in domo docentes, ne thesaurum bone conscientiae iactando propalemus. Offerunt tria mune- ra, hoc est fidem sanctae Trinitatis: uel apertis thesauris scri- pturarum, Historicum, Moralem, & Allegoricum sensum of- ferunt, uel Logicam, Physicam, & Ethicam, dum illa fidei ser- uire faciunt. Cat. aur. S. Tho. B 2 ¶ AVG.

Sermo. 4.

Hom. 10. eu.

Hom. 10. eu.